



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 42. Hujus agminis fortitudo singularis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

SÆC. XVI.  
A.C. 1562.

set, ac proin Connestabilem lytri ab hoc Duce pendendi, quod Rex Montmarantio dono dederat, summa defraudasset: verum capti sui infelicitas Principem Porcianum magis commoverat, quam injuriam ulciscendi cupiditas, quapropter illum solari, ac beneficiis cumulare unice intentus erat,

§. XLII.

*Singularis fortitudo mediæ aciei.*

Thuan. Po-  
pel. l. c.

Pariter capiebatur Brichanteus Bellovafius, qui ex vulnere in pugna accepto postea unacum Brossio decessit. Renatus quoque Anglurius Giurius fuit trucidatus: Aumulus autem Dux in terram postratus, & equorum pedibus conculcatus obiit: denique illa septendecim Britonum signa, quæ idem Dux tegebat, cum a Connestabili haud amplius adjuvarentur, retrocedebant, totaque mediæ acies in fugam acta est, exceptis Helvetiis, qui restaurato prælio Germanos pedites singulari virtute repellabant, eademque animi fortitudine Germanos, & Gallos pedites sustinebant, eoquod hujus agminis frons adhuc integra esset: postea auctis animis amissa quoque belli tormenta recuperare nitebantur.

Horum jacturam veritus Bellidux Mojus ad hostium impedimenta usque pene-

penetraverat, quinimo pervenit ad ipsum etiam Guisii Ducis tentorium, in quo argenteam ejus suppellectilem diripuit, demum inde reverſus, Helvetios a tergo adoriri conatus, illorum ordines turbabat, ſed amiſſo equo, cum aliquo tempore in vicina ſylva decertaret, atque in pedibus ſalutem quæreret, poſtremo captus eſt.

Sæcul. XVI.  
A C 1562.

§. XLIII.

*Calviniſtæ a Guiſio Duce ſuppeditas ferente caeſi.*

Dum hæc interea in media acie agerentur, Guiſius Dux, qui abſque alio exercitus imperio duntaxat ſuorum equitum alæ præerat, & quamvis potius privatus in exercitu, quam ſupremus Bellidux haberi mallet, nunc tamen aut occaſionis opportunitate, aut urgente neceſſitate adactus ſupremum exercitus imperium acceptabat, præliumque, quod Regiis copiis valde adverſum videbatur, reſtaurare conſtituit, cumque Condæi milites variis, ac repetitis certaminibus imminutos ac hinc inde diſperſos cerneret, Santandreano Mareſcallo, qui primum agmen ducebat, injunxit, ut promotis caſtris Germanos pedites, quos penes ſe habebat, tegetet: ipſe vero Guiſius Vaſcones præcedere voluit: hi itaque totis viri-

Thuan. 83  
Popel. l. c.